

577 Disp.XVI. Part.I. an intel sit nobilior vol. 578

natiue. Num. 34. Bonum est obiectum voluntatis : probatur. Num. 35. Obiectum voluntatis continetur sub obiecto intellectus, & probatur. Num. 36. Obiectiones pro contrariis opinionibus solvuntur. Num. 37. Decidit auctor singularia etiam directe cognoscere ab intellectu. Num. 38. Obiectiones ponuntur, & solvuntur. Num. 39. Quid sit indirecte percipi ab intellectu? Num. 40. Decidit auctor prima cognitionis esse individuum. Num. 41. Fundamenta Thomistarum de primo cognito proponuntur, & solvuntur. Num. 42. Fundamenta Scotistarum ponuntur, & solvuntur. Num. 43. Quomodo intellectus cognoscet res spiritualia? Num. 44. Quomodo cognoscet substantias? Num. 45. Quomodo cognoscit seipsum? Num. 46. Quanam remaneant in anima separata? Num. 47. Decidit auctor veram dari memoriam intellectuam. Num. 48. Obiectiones contra resolutionem ponuntur, & solvuntur. Num. 49. Decidit auctor dari etiam in individuo actiones indiferentes deliberatas. Num. 50. Obiectiones proponuntur, & solvuntur. Num. 51. De appetitu animali, & eius passionibus agitur, cum appetitus concupiscentia, tum irascibilis. Num. 52. Decidit auctor dari potentiam exercirem motus progressus ab alijs anima poterius distinctam.

Partitio I.

An intellectus sit nobilior voluntate?

Trita est haec materia tum apud Theologos, tum apud Philosophos: apud Theologos in 4. sententiarum circa distinctionem 49. & primâ parte quod. 82. art. 3. apud Philosophos vero 3. de anima sub fine.

Thomistæ unanimiter intellectum præferrunt voluntati; Scotistæ vero è contra: fundamenta viriusque sectæ indagamus.

GLYPHEVS PRIMVS.

Fundamenta Thomistarum, quod intellectus sit nobilior voluntate.

Num. 1.
Decim. rat.
Secund. rat.
Primum.

Primum: Illud, quod non habet suam conformitatem, & bonitatem nisi ab alio, est ignobilis illud: sed voluntas habet totam suam conformitatem, & per consequens bonitatem ab ipso intellectu, ergo est ignobilior intellectus: maior patet: nam propter unquammodum tale, & illud magis: minor vero probatur eo quod voluntas non possit elicere suum actum, nisi ipsi presentetur obiectum ab intellectu, sive in genere entis, sive in genere moris: in genere entis manifestum est: in genere quoque moris patet; nam bonitas moralis ipsius voluntatis pender ex regula, & conformitate ad rectam rationem, & in tantum actio voluntatis dicitur bona moraliter, in quantum est conformis reæ rationi, ergo tota bonitas voluntatis dependet ab intellectu.

Secund. rat.

Secondum: Quod est propinquus fini ultimo, illud est nobilis: sed intellectus est propinquior fini ultimo quam ipsa voluntas, ergo &c. maior patet: minor probatur: quia intellectus immediatus attingit finem, quam voluntas, nam homo attingit finem ultimum per in-

tellectum immediatè, & non per voluntatem; voluntas enim non attingit haec ultimum, nisi per actum intellectus, per quem actum intellectus proponit obiectum voluntati.

Tertio: Illa est ignobilior potentia, quæ regitur ab alia: sed voluntas regitur ab intellectu, ergo &c. maior patet: minor etiam liquet; nam actus intellectus precedit actum voluntatis: quia nihil voluntum nisi cognitum.

Quarto: Illa potentia est nobilior, quæ elicere actum simpliciorem & perfectiorem: sed intellectus est huiusmodi: non autem voluntas, ergo intellectus est nobilior voluntate: maior patet: minor probatur: Ille actus est simplicior, & perfectior, qui magis abstractus à materia, sed huiusmodi est actus intellectus, non autem actus voluntatis.

Quinto: Ut se habet cognitionis sensitiva ad Quint. appetitum sensitivum, ita le habet cognitionis intellectiva ad appetitum rationalem: sed cognitionis sensitiva, & potentia cognoscens sensitiva est nobilior auctu appetitus sensitivi, & ipsa potentia appetitus sensitivus, ergo &c. maior patet: minor probatur: Omne cognoscens est nobilior non cognoscente: sed potentia cognoscitiva est cognoscens, & appetitus non est cognoscens, ergo appetitus est ignobilior potentia cognoscitiva, id est voluntas, quæ est appetitus rationalis, erit ignobilior intellectu, qui est potentia cognoscens rationalis.

Sexto: Quod magis proximum est imperfectioni, illud est imperfectius: sed voluntas est magis proxima intellectu, quam intellectus, ergo est imperfectior intellectus: maior patet: minor probatur: Voluntas magis appropinquat sensui, quam intellectus, sensus autem est imperfectior: probatur vero quod voluntas magis appropinquat sensui: quia sicut sensus fertur circa singularia, ita & voluntas fertur circa singularia: ut intellectus est tantummodo vniuersalium.

Sexto: Illa potentia est nobilior, quæ Sexto. magis assimilatur Deo: sed intellectus magis affimilatur Deo, quam voluntas, ergo est voluntate nobilior: maior patet: minor est S. Augustinus, supra Genesim ad literam dicentes in tantum hominem esse ad imaginem Dei, in quantum ceteris animalibus antecellit, per rationem seu intellectum antecellit, ergo per intellectum magis assimilatur Deo, quam per voluntatem.

Ottavo: Illa potentia est nobilior, cuius Ottavo. actus est nobilior: sed intelligere est nobilis quam velle, ergo intellectus nobilior est voluntate: maior patet: minor probatur: quod se fundit ad suum obiectum est nobilis eo, quod attrahit suum obiectum: quia illud sese habet velut ad extra, & istud dicit motum ad intra, ergo &c.

Nono: Illa est nobilior potentia, quæ nobilis habet obiectum: sed intellectus habet nobilis obiectum; habet enim abstractius, & prius, scilicet ens sub ratione veri, quod est abstractius, & prius bono, ergo &c.

Dicim: Illa potentia est nobilior, cui in. Dicim. est beatitudo formalis: sed in intellectu residet formalis beatitudo: probant minorem Thomistæ.